

Liber

redia sybillinis libris a po. ro condi iussum. Eporedicas enim galli bonos equorum domitores uocāt Vercellæ libitorū ex Salyis orre: nouaria ex uerramacoris uocōtorū: hodieq; pago. Nō ut Cato existi- mat ligurum ex qbus leui & marici condidere ticinum nō pcul a pado. Sicut boii transalpes pfecti lau- dem pōpeiam. Insubres mediolanum. Orobioq; stirpis eē comū atq; bergomū & liciniforū: & aliquos circa populos auctor est Cato: sed originē gentis ignorare se fatetur: quā docet Cornelius Alexander ortam a græcia interpretatione etiā noīs uitā in mōtibus degētibus. In hoc situ interiit oppidum oro- bionū barra: unde bergomates Cato dixit ortos etiānum pdēte se altius q̄ fortunatius siti. Interiere & Caturiges insubrū exules: & spina supradicta Item melpum opulencia præcipuum: qđ ab insubribus & boiis & senonibus deletum est eo die quo Camillus ueios cœpit: ut nepos cornelius tradit.

Venetia decima regio.

Capi. xvii.

Sequitur decima regio italiae hadriatico mari apposita: Venetia cuius. Fluius Silis ex mon- tibus taurifanis. Oppidum altinum: flumen liquentia ex montibus opiterginis: & portus eodem nomine: colonia cōcordia: flumen & portus romatinum: tiliuentum maius mi- nasq; anassum quo uaramus defluit: alsa: natiso cum turro. pfluente aquileiam coloniam. xii. M. passibus a mari sita. Carnorum hæc regio iūctaq; regioni iapidum: amnis timauus: castellum no- bile uino pucinum. Tergestinus sinus: colonia tergeste. xxiii. M. p. ab aquileia: ultra quā sex milia passu- um formio amnis. Ab rauenna. clxxxix. passibus: antiquus auctæ italiae terminis: Nunc uero istriae quā cognominatam tradunt a flumine istro in hadriam effluente e danubio amne eodemq; istro ex aduer- so padi fauces cōtrario eorū percussu mari interiecto dulcescente pleriq; dixere falso & Nepos corne- lius etiam padi accola. Nullus enim ex danubio amni in mare hadriaticum effunditur. Deceptos cre- do quoniam argomauis flumine ī mar hadriaticum descendit: nec procul tegeste. Nec iam constat quo flumine. Humeris trauectam alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem istro, dein saō: dein pampor- ro: cui nomen ex ea causa est inter æmonam alpesq; exorienti.

De istria.

Capi. xviii.

Istria ut peninsula excurrit. Latitudinem eius. lx. M. passuum: circuitum uero. cxxii. M. pro- didere quidam. Item adherentis liburniæ & fanatici sinus. Alii liburniæ. clxxx. M. Nonnul- li in fanaticum sinum iapidiam promouere: a tergo istriae. cxxx. M. passuum. Deinde libur- niæ. cl. M. fecere. Tuditanus qui domuit istros in statua sua ibi inscripsit ab aquileia ad ti- tium flumen stad. cc. M. Oppida istriae ciuium romanorum agida: parētium. Colonia pola. quæ nunc iulia pietas quondam a colchis condita. Abest a tergeste c. M. n. p. mox oppidum nefactium: & nunc finis italiae fluius arsia. Polam ab ācona traiectus. cxx. M. passibus est. In mediterraneo regionis de- decimæ colonia cremona: brixia cenomannorū agro. Venetorum autem matti atestæ & oppida ace- dum patauium: opitergium: belunium: uicetia: mātua thuscorum trans padum sola reliqua. Venetos troiana stirpe ortos auctor est. Cato. Cenomandos iuxta massiliam habitasse. In uolcis feltini & tridē- tini: & beruenses. Rhetica oppidarhetog: & euganeorum ueronam: iulienfes carnorū Dein quos ser- pulose dicere non attineat: alutraenses: asseriates: flamonienfes: uanienfes: & alii cognomine culici: for- roiuenses cognomine transpadani: forentani: nenidates: quarqueni: taurifani: rogienses: nauani. In hoc situ iteriere p oram iraminæ: pellaon: pasitiū: ex uenetis atina: & cælina: carnos: segeste: & ocræ. Tauriscis noreia. Et ab aquileia ad duodecimū lapidem deletum oppidum etiam inuito senatu a. M. Caludio. L. Marcello. L. Pifo auctor est: In hac regione & xi. lacus inclyti sunt: amnesq; eorum partus aut alumni si modo acceptos reddunt: ut abduam larius: ticinum uerbanus: mintium benacus: ollium sebinus: lambrum eupulis: omnes incolas padi. Alpes in longitudinem. x. M. passuum patere a supero mari ad inferum cælius tradit. Timagenes. xxii. M. passuum deductis ī latitudinem. Cornelius Nepos. c. M. T. Liuius tria. m. stadiorum: uterq; diuersis in locis. Nam & centum milia excedunt aliquādo ibi germaniam ab italia submouent. nec. lxx. m. expleuit: reliqua sui parte glacialis ueluti naturæ prouiden- tiam. Latitudo italiae subter radices earum a uaro per uada sabacia taurinos: comum: brixiam: ueronā uicentiam: opitergium: aquileiam: tergeste: polam: arsiam. d. ccxlii. M. p. colligit.

De alpiis & gentibus alpinis.

Capi. xix.

Incolæ alpium multi populi: sed illustres a pola ad tergesti regionē secusses subocrini: atal- menocaleni: iuxtaq; carnos quōdā taurisci appellati: nūc norici. His cōtermini rheti & uin- delisci oēs in multas ciuitates diuisi. Rhetos thuscorum prolem arbitratur a gallis pulsos a duce Rheto. Verso deinde italiae pectore. alpiū latini iuris eugaeæ gentes: quarū oppi- da. xxxiii. enumerat cato. Ex iis triumphini uenalis cū agris suis populus. Dein canuni: compluresq; si- miles: finitimis attributi municipis. Lepōtios: & salasos tauriscæ gentis idem cato arbitrat. cæteri fere lepōtios relictos ex comitatu Herculis interpretatione græci nominis credunt: præuētis intra sinus al- pium niue menbris: eiusdem & graios fuisse positos in transitu. Graiarum alpiam incolas præstantes- q; genere euganeos inde tracto nomine. caput eorum stonos: rhetorum uennones: sarunnetesq; ortus